PAULUS URSINUS
Tirol, 1523 Seite 5r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35507
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



mores Protheum omnia vertentem sese mira-
cula rerum Et Morphea quoscunque velit
vultus induere solitum agis Gen imo
κοίνον commune aut chimeram et
κάιρον volubilem numquam sui simile
deum Phil nimirum a secretis consilia-
rius vel indiscrepanti conciliabulo eventuum
gnarus futurorum Mez Nimium et impor-
tune urges Neminem fatorum conscium vult
esse Juppiter Nec mortalibus tanta cum
ipso intercessit familiaritas ut ipsos
participes secretorum omnium esse voluerit
Nec cuiquam consilia deorum prodenda Neque
res illorum profanande Gravi enim pena prodi-
tores prevaricatoresque plecti novimus
ex suffurato e celo igne testis est Pro-
metheus per me Caucaso alligatus
Iratosque ob hoc deos tria M κακα
Morbos Maciem sive febrem ac Mulie-
res mundo intulisse ferunt ἄτη quoque mor-
talium rebus turbas quod Phaeton quadrigis
paternis aberraret celum exurens immi-
sisse Phil Postquam nihil extorquere valeo
Que mathematici ex Astris divinantur invi-
cibili necessitate operior Mez Allucinantur
omnes Nimium astris tribuentes Phil Quo-

Protheus
Morpheus
suplicio
Prometheus
Sol
Phaeton